

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Testimonia auctorum de Valerio Flacco

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)



Testimonia Auctorum
DE
V A L E R I O
F L A C C O.

M. Fabius Quintil. lib. 10. Instit.
Orat. c. 1.

Multum in Valerio Flacco nuper amissimus.

Jul. Cæsar Scaliger in Hyper-
critico.

Valerius Flaccus excusatione dignus est. Cujus cum esset ingenium felix, iudicium magnum, diligentia non vulgaris; immaturâ morte preventus acerbum uerum poema suum nobis reliquit. Est autem omnemò duriusculus: Penitus uero nudus Gratiarum comitate.

Obert. Gifanius in Indice Lucretiano.

Elegans ac Doctus poeta Valerius Flaccus.
p. 401.

Locus docti poeta. p. 415.

Doctissimus poeta. p. 479.

Andreas Schöttus, lib. 2. Obser-
vat. c. 39.

Valerius Flaccus, nobilis poeta.

Ibid. c. 54.

Poeta è Græco Apollonio & Orphee, quantum
est, concinnatus.

Inibi c. 56.

Argonautarum ad aureum vellus è Colchide
advehendum iucunda lectu expeditio, conficta pri-
mum quidem à Græcis poetis, Orphee & Apollo-
nio Rhodio, qui quidem nunc in manibus sint;
postea verò à Latinis, post Varronem Atacinum,
heroico carmine pariter tractata à Valerio Flac-
co Balbo.

Casp. Barthius lib. I. Advers.

cap. 17.

Valerium Flaccum majoris precii Poetam,
quam quis præteriens censeat, esse, vel ignoratio
ejus apud Vulgum nobis persvadeat. Est enim
omnium Veterum minimè tritus manibus homi-
num Scholasticorum aut litterionum; quod ge-
nus ab eò velut abhorret, qui duriusculus censea-
tur, & minus Gratiarum amans. Sed nos ge-
nerosum vatem, & quidvis potius quam absur-
dum censemus.

Lib. 5. c. II.

Valer. Flaccus, castigatior alioquin poeta,
quam quispiam credit.

Lib.

Lib. 18. c. 15.

Valer. Flaccus, poeta nobilissimus, & Romæ
ve Musægenusius.

Præstantissimus Poeta.

Lib. 26. c. 3.

Pluris omninò faciendum ego reor in numero
Latinorum poetarum Valerium Flaccum, quam
vulgò faciunt, immò non vulgò etiam eruditi. So-
nus, Spiritus, Eruditio, Gravitas, in eò sunt ma-
signes.

Lib. 27. c. 3.

Eloquens & doctus poeta.

Lib. 33. c. 3.

Qui profectò melior longè poeta est, quam ple-
riq; alii Latini, qui in auribus vulgi regnum te-
nent.

Lib. 14. c. 6.

Ego sanè Valerium legens, decorum acutissimè
Epos, nec adfectatam grandiloquentiam, sed gra-
vitatem animi agnosco.

Lib. 43. c. 5.

Val. Flaccus non paulò majoris momenti va-
tes, quam censuerunt etiam litterati nostri Ju-
dices.

Lib. 48. c. 16.

Valerium Flaccum nemo scriptor nominavit,
tantò ingenio, tantà oloquentiâ poetam, præter
Quintilianum.

Poeta eruditissimus.

Scriptor doctissimus & ingenii minimè vulgaris.

Ægid. Maserius in Comment. ad
lib. I. v. 218.

--- *Subitâ cur pulcer arundine cri-
Velat Hylas?* (nes

Ex hoc, inquit, Mopsi vaticinio facile cognoscimus, Poëtam liquisse opus imperfectum. Ea namq; vates depromit, que Valerius erat conscripturus. Sed nec Medæa fugam, nec liberorum cædem, Creusevè exitium, fatò interceptus, expressit.

Johan. Bapt. Sta Pius, Annot.
post. c. 102.

In Valerio Flacco multum amisimus, præpropèrâ morte sublato: *Quintilianus* verissimè dixit. Quòd nisi fata avara, & male Orci tenebræ, præripuissent hunc tanquam vitæ crescentibus vis; haberet Roma, quod superba Græciæ, & in laudes suas effusissima, posset objicere. Sed & sic habet. *Quemadmodum enim unio brevi corpusculo, sed precioso, magnis præstat harenosisq; lapillis; non secus pusillum aurum Flacci magno Apolloni præstat orichalco.*

Caro-

Carolus Stephanus in Dictionario
Histor Geogr & Poetic.

Valerius Flaccus, poeta, scripsit Argonautica. Quintilianus eum suâ etate fuisse restatur, his verbis: Multum, inquit, in Valerio Flacco nuper amissum.

Petrus Crinitus lib. 4. de Poetis Latinis c. 68.

Cajus Valerius Flaccus Setinus, inter eos, qui heroica decantarunt, poeta multorum judiciò admirandus. Patavinus fuit, juxta Aponum natus, ut à veteribus traditum est, qui scribunt, ejus patriam fuisse maximè insignem natalibus Livii, Stelle & Val. Flacc. Itaq; hunc ipsum Val. Martialis laris Antenorei alumnum appellavit. Alii Setinum crediderunt ex Setia, Campanie urbe, que hanc procul à Velitris fuit; unde in magnò precìò habita sunt Setia vina. Et mirum videri debet, quare ò spiritu Flaccus insurgat, quaniâq; ingeni. felicitate in scribendo carmine præstet! Hic est ille Val. Flaccus, in cuius obitu multum fuisse amissum, queritur Fab. Quintilianus. Extant ipsius octo volumina de Argonauticis; quod opus dicatum est Cæs. Domitiano, vel, ut alii volunt, patri Vespasiano, quoniam sic ad eum scribat in ipsâ prefatione operis: (v. 10.) Eripe me populis, &c. Scripturus erat multos plures libros, nisi mors intempestiva eum nobis eripisset. Videtur autem in illis, qui supersunt, Apollonium

Rhodium non tantum argumento operis expref-
fiffe, fed etiam fingulis quandoq; carminibus, &c.
Idem lib. 23. de hon. difcip.

cap. 7.

Valerium Flaccum (inquit Marullus) &
Lucanum concitatos efle, fed audaciores inter-
dum, quam graviores.

Frider. Lindebergius.

Quis vitio vertet, fi teq; tuamq; poefin,
Lauriger ô Valeri, fidera ad alta ferã.
Qui cùm non poffis Vatum caput efle fu-
preum,

Quod reliquum tamen eft, cor merum
es. ac anima.

Et multis aliis, quís melli laurea ferta,
Par virtute gravi. parq; lepóre pari.

Rodolph. Goclenius in *Obfervat. Lat. Lingue*
parte tertiã; de V. aetatibus Romana
Lingue.

Poefeos etas tertia, qua pofl Augustum Ce-
farem ad externos ufq; Imperatores eft
emiffa, (Nervam dico & alios) fcriptores ha-
buit, Sulpitiam (feminam) Valerium Flac-
cum, Statium, Juvenalem, Perfium, Sene-
cam, Silium, Sulpitium, Lu-
canum.

AD